

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS
MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, ||
Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVATIO. XI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

DISPUTATIO. XI.

Virum ad hoc, quod intellectus noster videat Deum in presentia requiratur lumen infusum.



TRVM ad hoc, quod intellectus noster videat Deum in presentia requiratur lumen infusum.

¶ Quod non arguitur, quoniam intellectus noster in via, in lumine suo naturali per actum intelligendi attingit Deum in ratione obiecti, ergo cum intellectus, et lumen naturale non sint minoris virtutis post separationem a corpore, videtur quod intellectus in lumine suo naturali per actum intelligendi potest attingere Deum sub ratione obiecti in presentia, sed non attingit Deum, ut obiectum absens, quia hoc est impossibile in patria, ergo ut praesens: sed attingere obiectum, ut praesens est ipsum attingere cognitione intuitiva, non obscura, sed clara. ergo intellectus in patria lumine proprio potest Deum videre, ergo &c.

¶ Dicitur quod non est idem de lumine naturali, & intellectu respectu Dei in via & in patria, quia in via intellectus noster cognoscit Deum per creaturas discurrendo a creaturis ad Deum, qui modus cognitionis non est in patria, & ideo licet hic intellectus noster per actum discursuum Deum attingat, non tamen in patria in lumine naturali, sed requiritur supernaturale, in quo Deum intuitiue videat.

CONTRA, quamvis intellectus hic in via discurret a creatura ad Deum, tamen in fine discursus, oportet quod directe in-

telligat Deum ibi insisterendo. Aliter enim in fine discursus non directe intueretur Deum in ratione obiecti. quid aliud ab illo ulterius esset discurrere ad cognoscendum Deum, & esset processus in infinitum. oportet igitur, quod intellectus tandem siue memoria hic cognoscat Deum directe a corpore sequitur, quia tunc potest intellectus per actum suum directe intelligere Deum. sed non, ut absentem, ergo ut praesentem.

¶ Dicitur ad hoc, quod intellectus in fine discursus non intelligit Deum in se, etiam absolute, sed in respectu ad creaturam, puta in quantum est principium, vel causa creaturae, etiam referendo ad Deum ea quae conveniunt creaturae, ut cum intelligitur ut ens incorporeum, simplex, & immutabile, qui modus intelligendi non est in prima.

CONTRA, adhuc ratio stat, quia licet ponatur tanquam dubium, quod intellectus noster in fine discursus non intelligit verum sub respectu ad creaturam, cum isto tamen respectu oportet cointelligere aliquid absolutum, cui nunc iste respectus, quia non intelligit solum illum respectum ad creaturam, ergo hic in via intellectus noster per actum suum attingit essentiam suam sub respectu ad creaturam. ergo cum intellectus cum lumine suo separatus, & in patria existens non sit minoris perfectionis ibi, poterit Deum intelligere per essentiam diuinam, licet sub respectu ad creaturam, sed non intelligit in patria essentiam eius, ut absentem, ergo ut praesentem, ut prius argutum est.

PRÆTEREA, secundo ad principale arguitur, positus prin-

cipiis concurrentibus sufficiunt ad actum intelligendi, necessario ponitur actus intelligendi, quia positis causis a quibus effectus essentialiter dependet, ponitur effectus, sed intellectus & obiectum concurrunt ad actum intelligendi, tanquam principia, a quibus essentialiter dependet, ergo istis positis sufficienter, & approximatis necessario ponitur effectus, ut actus intelligendi, sed in patria est obiectum, & intellectus sibi præsens, ergo ex istis potest sequi actio sine lumine quocunque infuso & super naturali. maior est euident, minor probatur, quacunque posita opinione de intellectu, siue quod sit actiua tota simpliciter, siue passiuua simpliciter, siue partim actiua cum obiecto, semper verum est, quod actus intelligendi dependet ab obiecto & intellectu, si enim sit pure passiuua, tunc solum dependet ab obiecto imprimendo, & ab intellectu recipiendo, quia intellectus de se recipit quemcunque actum intelligendi. Si etiam sit potentia simpliciter actiua sola causans actum intelligendi, & ab obiecto determinante, siue excitante potentiam, quocunque modo dicatur. Si etiam actus intelligendi eliciatur a potentia concurrente cum obiecto, manifestum est adhuc quod solum dependet ab illis, igitur quacunque via data, actus intelligendi solum dependet essentialiter ab intellectu & obiecto, ergo istis positis & approximatis, sequitur necessario actus intelligendi. ¶ Dicitur ad maiorem, quando aliqua duo concurrunt ad aliquam actionem, unum in ratione agentis, & aliud

in ratione patientis, non propter hoc sequitur actus, nisi hoc natum sit agere, & illud natum pati, ita quod sit in tali dispositione, quod unum possit pati, & aliud agere: sicut materia prima non est immediate disposita ad omnes formas in potentia, sed mediante una, tanquam dispositione, ad aliam, est in potentia ad illam, eodem modo, de agente quantumcunque approximetur, nisi sit in debita proportionem ad agendum, non sequitur.

NUNC AVTEM secundum hanc viam, intellectus non est dispositus ad recipiendum actum intelligendi essentie diuinae in patria, nisi disponatur per lumen gloriae, nec etiam sufficienter ad agendum illum actum est dispositus sine illo lumine, sine tali lumine in patria non potest intelligere essentiam diuinam, quia lumen gloriae est medium, tanquam dispositio media, preparans intellectum ad recipiendum, licet actus intelligendi immediate recipiatur in intellectu.

CONTRA, quod non requiratur illud lumen ad disponendum intellectum ad recipiendum, probatio. ¶ Quia quando aliqua perfectiones sunt ordinatae, illud quod secundum se & immediate est receptivum infinitae perfectionis, est etiam receptivum perfectionis supremae illius ordinis immediate, sed in ordine actuum intelligendi, actus intelligendi in patria supremus & perfectissimus: cum igitur intellectus sine medio disponente sit receptivus actus infimi, erit & similiter receptivus actus intelligendi in patria sine medio disponente.

NEC

NEC ETIAM videtur, quod illud lumen acquiratur ad disponendum intellectum in agendo, quia illud lumen erit totale principium agendi, aut partiale: non totale, quia facit unum per accidens cum intellectu, & sic intellectus diceretur actius per illud, quod facit unum per accidens cum eo, & erit formale principium intellectui ad agendum, quod est sibi accidentale, & sic non plus diceretur quod intellectus intelligit in patria, quam lignum calefaciat, quod verum est per accidens, quia per calorem qui sibi accidit.

NECEST ETIAM principium parziale respectu actus intelligendi in patria, quia tunc requireretur propter imperfectionem actiuitatis intellectus, igit si fieret intellectus perfectior a Deo, & maioris actiuitatis, ille sine tali lumine immediate posset videre essentiam Dei. Dicitur ad maiorem, quod quando aliqua perfectiones sunt ordinate, vel sic quod sunt unius generis, vel unius modi, respectu unius rationis sunt, siue unius modi, tunc quod est immediatum receptivum unius & alterius, sed actus intelligendi in via & in patria non sunt unius rationis, siue unius modi, quia unus est naturalis, & alius est supernaturalis, unde quando actus intelligendi sunt sic ordinati quod omnes sunt naturales, vel omnes supernaturales, tunc verum est quod accipitur, sed quando unus est naturalis, & alter supernaturalis, non oportet quod illud quod est immediate receptivum unius, quod est immediatum receptivum alterius.

CONTRA, charitas est perfectio, & forma supernaturalis, & tamen voluntas immediate sine aliquo dispositivo recipit eam, sic de fide respectu intellectus, sic etiam de lumine illo glorie, quod ponitur supernaturaliter infusum. ergo licet actus intelligendi in patria non sit naturalis, sed supernaturalis, ipse poterit recipi in intellectu sine medio dispositivo. Aliter dico, quod consequentia illa non valet, sicut quantumcunque augmentatur, virtus est voluntatis creata nunquam supplebit actiuitatem gratie, & charitatis, tunc enim esset per naturam impecabilis.

CONTRA, visio beata si sit ab intellectu beati, & a lumine, & non est tota ab utroque, quia tunc utrumque esset tota eius, ergo secundum aliquem gradum est ab uno, & secundum aliquem gradum est ab alio, sed omnis gradus intellectiuius intellectiua essentia potest esse a natura intellectiua. ergo ille gradus, quem habet a lumine, potest esse ab aliquo intellectu perfecto. Confirmatur, ille gradus operationis beate, quod ponitur esse a lumine, etiam perficit intellectum beati, sicut alius. ergo aequaliter potest esse a principio intellectiui. Deinde, non sequitur, quia unus est naturalis, & alius supernaturalis.

CONTRA, ex perfectione naturali & non naturali non fit una forma, tunc esset partim naturalis, & partim supernaturalis. Item, ista supernaturalitas, aut dicit gradum infra substantiam operationis beatificae, aut modum. si tamen modum, ergo rota substantia actus beatifici est ab intellectu nudo, quod est propositum, si primo modo.

modo, ergo actus beatificus nō esset simplex, sicut alia operatio intellectiua. Itē isti gradus, aut sunt eiusdem rōnis, & ordinis, aut non. si primū, ergo vterque pōt esse a principio intellectiui, quia quicūq; aliqua duo sunt eiusdē rōnis a quocunque principio pōt esse vnū, & alterum. Si alterius rōnis, ergo vnus est perfectior alio, non ille gradus qui est a lumine, quia tunc lumen esset perfectius suo obiecto, quod est intellectus. Non se cundum, quia tunc gradus naturalis esset perfectior gradu supernaturali. ¶ Præterea tertio ad propositum arguitur sic, quicūque aliqua duo extrema habēt adinuicem connexionē aliquā naturalem per aliqd mediū connectens, oportet illud medium connectens extrema esse naturale, aliter n. aliqua essent naturaliter cōnexa adinuicē p mediū non naturale, sed vbi medium connectens non est naturale, nec cōnexio erit naturalis. ergo extrema essent naturaliter cōnexa sine connexionē naturali, qd est oppositum in adiecto. ¶ Vñ patet, qd qñ aliquid naturaliter ad aliud ordinatur p aliqd mediū, oportet illud ēē mediū naturale, sed intellectus noster ordinat ad essentia diuinā, ita q intellectus noster & essentia diuina sunt extrema naturaliter connexa, igit mediū, quo cōnexionē hnt, erit naturale, sed hoc mediū est actus intelligendi. ergo intellectus vnatur essentia, & ē lumen tale ponitur medium disponens ad illam vnionem. ergo actus intelligendi in patria, erit naturalis simpliciter, & p cōsequens sufficit lumen naturale respectu illius actus, nec requireretur lu-

men supernaturale mediū. Maior est euidēs, & probata, minor probatur sic, quicūq; aliqua potentia p se, & primo respicit aliqd obiectū, sibi adequatū, eadē potentia respicit p se quodlibet obiectū p se contentū sub primo obiecto suo sibi adequato, vt patet de visu respectu coloris, & respectu albi & nigri, & aliorū obiectōrū per se contentōrū sub colore: sed intellectus primo, & per se respicit ens inquit ens, ad qd ordinat, sicut ad obiectū suū primū sibi adequatū: igitur cū Deus continetur sub ente, sequitur q intellectus naturaliter, & p se respiciet essentia diuinā tanq per se obiectū, qd hēt connexionē naturalem. ¶ Dr, q intellectus noster respicit ens, tanq obiectū primū suū, sed non quolibet, vel quocunque modo, sed vt est collectum a sensibilibus, & sic etiam intellectus noster respicit naturaliter Deum, non in se, quomodo videbit in patria, sed in creaturis, & sic naturaliter intelligitur a nobis.

CONTRA, impossibile est, q aliqua potentia per se ren dat in aliquod obiectum, quod non continetur sub obiecto suo sibi adequato, sicut impossibile est q visus videat aliquid, quod non sit coloratum, vel lucidū, si igitur obiectū adequatū intellectui nostro sit ens, non inquantū ens, sed inquantū collectū a creaturis, cū Deus sic non contineatur sub ente, impossibile est q intellectus noster per quācūque virtutem videat essentiam diuinam in se, nisi solum in creatura.

PRÆTEREA, q si loquimur de intellectu, vt est cognitiuus

gius naturaliter & supernaturaliter, sic obiectū eius est ens, vt eōe enti naturali & supernaturali. Si loquamur de intellectu solum, vt est cognituius naturaliter, & modo naturali, vt sic dictum est, obiectū eius est ens collectiuum a creaturis sensibilibus, vnde dī q̄ intellectus, nō potest tendere modo naturali in obiectū, quod non continet sub obiecto suo naturali, sed tñ supernaturaliter potest.

CONTRA, illud non soluit, quia potentia intellectiua est qdā potentia naturalis ipsi aī, sicut visus, aut quacūque alia, siue cognoscat mō naturalis, siue mō supernaturalis, sed potentia naturalis habet obiectū sibi adæquatum, & proportionatum naturaliter, ergo intellectus vt est potentia animæ naturalis, habebit obiectum sibi adæquatum. Illud non est ens solū abstractum a sensibilibus, vt prius probatum est, quia tunc nō posset intelligere, nisi contentum sub ente creato, quia per nullam virtutem potest potentia eleuari ad attingendum obiectum aliquod, quod non continet sub obiecto adæquato sibi, vt est potentia naturalis, tunc fieret non potentia animæ naturalis, siue intellectus, ergo oportet, q̄ obiectum adæquatum intellectui, vt est potentia naturalis sit ens commune ad ens creatum, & ens increatum, & tunc arguitur sicut prius, quod essentialiter, & per se respicit quodlibet contentum sub ente, sic accepto.

¶ Præterea, arguitur quarto ad principale sic, omnis actio q̄ competit essentiæ diuinæ, vt essentia est, necessario sibi cōpe-

tit, & non libere, sed mouere intellectum beati ad videndū ipsum in patria, competit essentiæ diuinæ, vt essentia est, ergo competit sibi necessario mouere intellectum beati in patria ad ipsum videndū, sed actio non dependet necessario a contingēti, nec a voluntario: contingens, & voluntarium est, q̄ Deus infunderet lumen in intellectu beati, ergo ad hoc, q̄ intellectus beati moueatur, non requiritur lumē infusum. Maior probatur p hoc, qd prima rō libertatis in Deo est volūtas, & essentia s̄m rōnē præcedit voluntatem, quod igitur competit essentiæ, vt essentia est, cōpetit sibi naturaliter, & non libere. Vñ & filius in diuinis producit naturaliter, & necessitate naturali, quia est productio cuius principiū non est voluntas, sed intellectus per modum naturæ, & natura, siue essentia. minor probat, quia sub eadē rōne Deus est obiectū intellectus sui, & intellectus beati in patria, aliter ipsum non beatificaret, sed essentia diuina est obiectū intellectus diuini, vt essentia est, & nō volens, quia hic sequitur, ergo essentia diuina vt essentia est, non vt volens est obiectum beati in patria, sed vt est obiectum intellectus beati in patria, sic mouet intellectum beati in patria. ergo vt essentia est, & nō volens mouet intellectum beati in patria ad actū intelligēdi, ergo &c. ¶ Dī, q̄ licet essentia diuina, vt eēntia est mouet intellm beati in patria, nō tñ necessario, quia libere, & per volūtatē ōnditur intellectui beato p modum essentiæ.

CONTRA, omnis actio naturalis non impediibilis est

D 4 neces-

necessario non dependens a cōtingenti, sed essentia diuina naturaliter mouet intellectū beatū, & non libere, quia per modū essentia & non voluntatis, cum sic moueat intellectum suum proprium. ergo necessario mouet intellectum eius cum non sit impedibilis per voluntatem. Si dicas aliter, quod prædicta ratio procedit, ac si esset intellectus simpliciter passiuus, tantū mobilis ab essentia, cum tamen sit actiuus.

CONTRA, hoc non euadit, quia quamuis actus intelligendi eliciatur ab intellectu. Deus tamen potest creare intellectiōem in intellectu immediate, sicut visionē in visu. Tunc sic, cuiuscunque essentia diuina est productiua, vt essentia est, & non volens, & libera, illud necessario producit. sed essentia diuina est productiua intellectiōis in intellectu, sicut probatum est, quia sic naturaliter est motiua eius. ergo &c.

CONTRA hoc ad principale arguitur sic, secundum cōmunem opinionē anima Christi ponitur vniri verbo sine gratia media, & sine aliquo medio de potentia Dei absoluta, & secundum etiam illos, ex vi illius vnionis potest frui voluntas verbo, & videre verbum. ergo intellectus potest videre verbum, & essentiam diuinam sine lumine medio, & si Deus potest per talem vnionem facere sine lumine medio, quod intellectus potest videre Deum, potest etiam sine tali vnione de potentia sua absoluta.

¶ Præterea. si lumen infusum requiratur ad videndum Deum in patria, aut igitur requiritur

ad repræsentandum obiectum, aut vt ratio formalis eliciuius actus videndi, aut confortans intellectum: non primo mō, quia essentia diuina ex sua actualitate est sufficienter suis propriis representatiua, quantum est de se. Nec secundo mō sic, quia tunc actus visionis magis esset attribuendus lumini, quam intellectui beato: quod non est verū, quia tunc magis esset beatificabile. Nec tertio modo ad confortandum intellectum, quia non plus dependet actus visionis beati ab ipso lumine infuso, q̄ actus naturæ humanæ a supposito humano. nunc aut actus naturæ humanæ potest eē eius, sine hoc quod existit in proprio supposito, vt patet in Christo. sufficit. n. ad hoc q̄ natura humana habeat proprium actum, q̄ subsistat in supposito verbi, ita q̄ verbum per tale illapsum & vnionem sufficit ad omnem actum eliciendi, ergo similiter essentia diuina p̄ns intellectui beato, & ei illa p̄a, sufficere pōt ad confortandum intellectum ad actum visionis eliciendū sine aliquo speciali lumine.

¶ Præterea, potentia quæ non debilitatur in agēdo, perfectius tendit, aut tendere potest in perfectius obiectum, quia si perfectius tenderet in obiectū imperfectius, q̄ in obiectū perfectius, hoc nō esset nisi quia esset. phi. 3. de anima minus debilis in eliciendo actionem respectu illius obiecti, sed intellectus s̄m phi. 3. de anima est potentia q̄ non debilitatur in intelligēdo, quia intelligendo perfectius intelligibile, non minus intelligit, immo magis & perfectius imperfectius intelligibile, oppositum autem

autem modo est de potetia senti-
tina in sentiendo, ut de visa. er-
go quanto obiectum est in se p-
fectius, tanto intellectus natus
est perfectius illud intelligere.
ergo ad videndum Deum per
essentiam, non requiritur aliqd
lumen in intellectu beato, sed
ad hoc videtur sufficere intelle-
ctus ex propria natura.

DISPUTATIO. XII.

*Utrum intellectus possit quietari in
aliqua relatione simpliciter.*



TRUM intellectus
possit quietari in ali-
qua relatione sim-
pliciter. ¶ Vt q sic,
quia relatio aut di-
cit perfectionem, aut nō: si sic,
habeo propositum, quia in diui-
nisi non dicit nisi infinitā, quia
nihil est ibi nisi infinitū. ergo in-
tellectus potest quietari in illa: si
vero dicit imperfectionem.

CONTRA, primo ethi. in
1. ubi. of gne est ens & bonū, ergo pro-
pria pfectio. ¶ Itē Hier. sup illud
Math. 1. r. gnationē eius qs enar-
rabit. dicit q non putemus pro-
phetā Euangelistā esse. contra-
ritū, vel econuerſo, ut q iste im-
possibile dicit affatu, hic enarra-
re incipiat, quia hic de incarna-
tione, ibi de deitate est dictum,
ergo qm eū ibi gnatio qm dei-
tatem est inenarrabilis, sed gna-
tio est relatio, & nihil est inenar-
rabile, nisi infinitum, ergo rela-
tio est infinita, & per consequens
in tali potest intellectus quietari.
ergo &c. ¶ Rñdetur, q nō, q
nihil potest quietare intellectu
ex se perfecte, nisi habeat rōnē
obiecti simplr, & primo primi:
sed relatio non habet rationem

primo primi obiecti. ergo intel-
lectum non potest perfecte quie-
tari. Probatio maioris, intelle-
ctus inclinatur in obiectum suū
per modum naturæ. ergo sicut
natura tantum determinat ad
vnum, ita & intellectus ad vnū
obiectum precise inclinatur. er-
go sicut natura non quietatur
nisi in illo, ad quod determina-
tur, ita nec intellectus quouq;
habeat illud ad qd summe &
maxime inclinatur: tale nihil est
nisi infinitum. ergo &c. Probatio
minoris, quia relatio caput
realitatem a fundamento.

¶ Item Auic. 6. meta. dicit, q
relatio potest fundari in omni
ente propter vilitatem, & mini-
mam entitatem. ergo in nullo
tali potest intellectus quietari.

¶ Item Aug. 7. de tri. c. 8. nihil ha-
ber rōnē entis simpliciter, nisi
qd est verum, & ante. c. 3. eiūsdē
libri, q non est eo Deus, quo pa-
ter, tunc arguo, verum vel ens
est obiectum intellectus, & eo
quo Deus est verum, bonū, vel
ens, & non eo quo pater est. igitur
distinguendo paternitatem
a deitate in ipsa non quietatur.

¶ Item perfectio simpliciter se-
cundum Anselmum, est quæ in
omnibus melius est ipsum, quā
non ipsum, sed talis non est ali-
qua relatio, quia tunc vna perso-
na esset perfectior alia. ¶ Itē qm
Athanasiū in symbolo, in di-
uinis sunt tres personæ, & tres
relationes, sed non tres immēsi,
sed nihil potest quietare intel-
lectum perfecte, nisi immen-
sum, ergo relatio non est quie-
tatiua.

AD PRIMVM dī, q rel-
atio hēt aliquā perfectionē, &
cū arguitur ulterius, ergo relatio
in diuinis hēt infinitā perfectio-
nem,

*Aug. 7. de
tri.*

Ansel.

*Atha. in
symbo.*